



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ  
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ  
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,  
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

**Förner, Friedrich**

**Ingolstadii, 1603**

Cap. XXIV. Temulentorum effugiu[m] decimum tertium; ab Inueterata  
Ebrietatis consuetudine, quasi in naturam versa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45433**

te iuu-  
illa, ac  
n po-  
re cu-  
ue pro-  
oc vlos  
od sec-  
o, licet  
magis  
fendé-  
Ne il-  
niuaria  
Cæcias  
s effu-  
vulgi  
n sym-  
ant, ne  
idif-  
nraro-  
es, atq;  
quod  
bolus  
actu-  
ato se  
a illa  
sicere  
ocit  
test delectatione. Præsens sufficienti, ac mensura-  
vino iam expleta est, vt quidquid superinfundas  
nauseam pariat ac tedium. At futura magis accen-  
tetur, atq; exasperatur, cui si satisfacere velis, nouum  
symposium, nouo sumptu ordiendum. Ergo si aliū  
conipexeris, eodem, quo tu, compotacionis iure bi-  
bentem, ac vino audiens inhiantem, pro te consulti-  
us facies, vinum amittendo, vtrā quod sufficit, nil  
amplius, magna deinceps ruina degustare, quam su-  
perfluia ingerendo, non paruum discrimen, citra ra-  
tionem, citraq; fementem adire.

*Nec præ-  
senti nec  
futuræ situ  
nimia pro-  
dest merè.  
infuso.*

## CAPVT XXXIV.

Temulentorum effugium duodecimum, ab inuete-  
rata Ebrietatis consuetudine, quasi in natu-  
ram versa.

VIT coronidis atq; austrii loco, finē præsentis  
libri, proximo iā obtutu cernentes, aliquid hic  
superaddamus. Temulentæ apud nostrates quoti-  
diana atq; vstatissima consuetudo, non intacta no-  
bis omittenda. Pleriq; autem, hoc peccatum apud  
Germanos tolerabilius esse, eo quod natiū sit & inolitū  
huic nationi, atq; idcirco non vim solum consuerdinis,  
sed & naturæ obtineat; vt quemadmodum quædam  
gentes naturaliter quodammodo in libidinem pro-  
nx, aliae ad iracundiam faciles, nonnullæ etiam, pro-  
pter excellens ingeniorū acumen, ad superbiā sunt  
proclives; quæ etiam si non approbentur omnino,  
culpam tamen peccati ex parte minuunt, atque faci-  
lus tolerantur. Idem de Ebrietate iudicandum, ad  
quam hodiè Germania, vt olim de sua Africa con-  
querebatur D. Augustinus, magis, quam à natura,  
facilis ac prona esse videtur.

Q. 4

Solu-

## Solutio.

## Solutio.

Ne germanus ego, verus ac genuinus, in Germaniam nostram, & præ aliis insigniorem nationem, a cerbius quam par est, sententiam protulisse censem

*Thomas  
Stapier, de  
7. peccat.  
tareches. 6.*

possim, hec obiectio grauissimi cuiusdam ac doctissimi viri verbis, est refellenda. Primum, inquit ipse, nemo ad Ebrietatem, natura pronus esse potest; sola concupiscentia orat, suetudo eam introducit. Neq; enim ut ad iram, libidinem,

vel superbum, vel cholerae & sanguinis copia incendi, vel ingenii subtilitas inducit, ita ad Ebrietatem quod impellat aliquid in natura est. Est quidem ad crapulam magna inclinatio in iis, qui bilioſi sunt, & stomacho valent:

*Lib. 3. de  
vita S.  
Martini.  
Germano-  
rum Ebrie-  
tatis unde-  
quaque in-  
excusabili*

in iis quoq; qui frigidiori sub aere videntur. Vnde scriptus Seuernus Sulpitius: EDACITATEM IN GALLIS NATURAM ESSE, IN GRÆCIS CVLAM. Non sic ad potandi libidinem natura impellit. cum enim sitim, siccitas & calor prouocet, videmus sane hodiè, homines natura calidissimos, Hispanos atque Italos, ab Ebrietate esse alienissimos: Contra frigidos atq; phlegmaticos, ut Germanos, in hoc vitium maxime prolabi, ut clarum sit, non naturæ, sed conuentudini tribuendum esse, quod quadam gentes, magis aliis inebrientur.

Deinde si gentium quoddam vitium esset, omnes eo morbo laborare par erat. Nunc autem secus videmus, in turba potatorum, multos esse aut abstemios aut sobrios, qui cum D. Augustino homine Afro, inter quos Ebrietas

*Lib. 10. 10.  
fess. cap. 81.*

maxime regnabat, dicere possent: Ebrietas Domine longe à me: misereberis mei, ne appropinquet mihi. crapula surrexit interdum seruo tuo: misereberis, ut longe fiat à me. Et certè, in crapula difficile est, modum tenere, ut ibi cōfitetur Augustinus: Est enim in cibi usū seruanda proporcio Geometrica, secundum modum personæ, non rei: M

pro-

ptereā plus aliquibus concedi debeat; non sic in potus  
qui omnibus ferè sanis moderatus sufficit. Ebrieta-  
tatem, fugere qui vult, potest. Imò ut quod sentio  
utam, puto eam multò difficilius retineri quàm vitari;  
O maiorem non dubito esse, in Ebrietatis vsu dolorem  
difficultatem, quàm in eius fuga. In crapula, saturitas  
supererium tollit, vt non facile modus excedatur. In E-  
brietate, quo plus bibitur, eò plus sititur; vt preposteræ  
hac cupiditati, videatur natura pœnam inflixisse, sibi vt  
flagellum & carnifex sit, seq; ipsa torqueat & cru-  
xit. Atq; hæc omnia Stapletonus. E quibus id facile  
constabit, an nostra natio ad hoc vitium natura, an  
vero ex illiberali illa bibendi consuetudine, sit com-  
parata. Natura certè vt iam dictum, hic non habet  
locum. Et omnem modum excedens illa consuetu-  
do, tam abominanda, quin à Magistratu, tūm politi-  
tūm sacro, ad æquabilem bibendi morem reduci  
posset, vt trique vellent modò, nullum planè occurrit  
impedimentum.

Atque hic secundum librum claudimus,  
& ad tertium paulatim adi-  
tum aperimus.



Q 5

DE